sumptibus bello absentia Regis a regno interregno Colloquio Conventionibus quibuslibet seu particularibus Legationibus intra et extra Regnum Poloniae tum Reipub. causa tum bono Reipub. quam servitio militari expeditione bellica peregrinatione aura pestifera inundatione aquarum fractione pontium detentione per hostes Regis vel tempus insultu hostium defectu aliquorum sessionis peremptorum accitationum omnium iurisque et ad eandem emanatarum mala insufficienti inordinataque circumscriptione acitationum praestina locoque indebito, positione et publicatione incompetenti Judicis seu locum tenentis officij mala condemnatione in lucro et errore per eos seu juris rellone ministerialium eorumque autenticorum literarum productione seu ipsorum Ministerium statutione procuratoriis mala obtentione per eos sub minore minutate successorum suorum annos discretionis eorum causis et actionibus prorogatione statutis et constitutionibus regni poloniae laudatis iam etiam postea laudandis nec consuetudinibus quibusvis in iudiciis et officijs observari solitis et quibuscunque nullis alijs causis aut modis exquisitis et exquirendis ordinarijs sive extraordinarijs fieri solitis quae mens et industria humana adinveniri et excogitari possit. Contra praenominatum Jacobum Kielczowskij aut eius successores in auxilium contra inscriptionem praesentem omnia in ea contenta assumendi, ita quod specialitatis omni ferit id omne totum quilibet in se concludere debet sub amissione suorum successorum totius et integrae causae tam parte quam in toto.

Tarnowski quietat Nakielski

Comparens

Ex Copia Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castren. Premisliensis Generosus Andreas Tarnowskij in Tarnowice haeres recedendo a pactatibus terrestribus et juribus iuribusque omnibus suis universis et privilegijs a foro competenti renuncians praesentibus iuribus actioni seu cum successoribus ac bonis suis omnibus quoad actum praesentem attinet subijciendo sanus mente et corpore existens publice ultro ac ex sponte recognovit quia sibi satisfactum est a Generoso Martino Nakielskij de summa Mille Quingentorum florenorum pecuniae pro arenda totius anni Domini Millesimi Quingentesimi octuagesimi Quinti de bonis Bratkowice quae bona praefata Bratkowice cum alijs villis ad ea pertinentibus alijsque praeventibus attinentijsque praefatorum bonorum praefatus Generosus Andreas Tarnowskij arendavit Generoso Martino Nakielskij ad tres annos immediate se sequentes alias ut ipsa arenda praefatorum bonorum Contractus ex parte praefatae arendae inter partes superius expressas factus latius in se disponit De qua summa superius expressa arendae pro anno uno integro persolvit idem Generosus Andreas Tarnowskij praefatum Martinum Nakielskij quietat et liberum facit sibi et suis successoribus perpetuum imponens silentium praesenti recognitione mediante.

Actum in castro Premisliensi Sabbato ante dominicam Quadragesimalem Reminiscere proximo

Anno domini Millesimo Quingentesimo octuagesimo Quinto Coram Generoso Alberto Lutoslawski Sladkowski terrestri vicecapitaneo et castrensi officij castren. Premislien. Judice officio et actis praesentibus. 16/III.

1407

1469

Budek quietat Vicecapitaneum

Coram officio cui praesidebat Generosus Christophorus Liszakowskij